





9.

# CONSILIVM CV

IVSDAM EX ANIMO CVPIENTIS ESSE

consultum & R. Pontificis dignitati, &

Christianæ religionis tranquillitati.



Christianæ mentis est, ex animo fauere Christi uicario, & huius autoritatē illibatam esse uelle. Rursus pontificiæ pietatis est, nihil habere priuatim tā charū, cui non libens anteponat Christi principis sui, & publicam Christianæ religionis gloriam. Et qui fauent autoritati gloriæq; pontificis, prudenter oportet fauere. Id facient, si eam ijs rationibus tueantur, quæ tacitis etiam proborum ac bonorum uirorum iudicijs comprobentur. Alioqui nemo magis officit pontificiæ dignitati, quā qui eam nō alijs præsidijs, quā terroribus ac premijs humanis, tutā ac defensam esse uelit. Igitur ut quisq; est religionis Christianæ studiosissimus, ita maxime dolet hunc tumultū exortū per quosdā, qui Lutherū exacerbant, ad quædam liberius scribēda, & Pontificis mite alioqui ingenium irritarūt, ut seuerius agat cū Luthero quā fortassis expediat trāquillitati paciꝫ Reip. christianæ. Qua  
A lia

SALVBRE CONSILIVM IN CAUSA

lia sint, quæ scribit Lutherus in præsentia non expenditur, sed tantum admonetur, ut consideremus, nõ solum quid Luthero sit dignũ, sed quid conducatur Ecclesiæ tranquillitati. Frequenter enim & palàm noxijs parcitur, ne grauior existat tumultus.

**P**rimum illud satis cõstat, rem esse natam ex malis initijs, nimirum ex odio bonarum litterarum iam & apud Germanos subolescentium, odioq; linguarum nũc passim reuiuiscientium, quarum splendore, putant obscurari suã autoritatem qui hæctenus, absq; harum rerum præsidio, habiti sunt consummatæ doctrinæ professores. Ad has igitur opprimendas, nihil non moliti sunt quidam. In hoc multum dissentientes à Pont. Ro. qui summũ honorem habet his studijs. Deinde quod ad Lutherum pertinet, maxima pars huius mali impunita est illis, qui de indulgentijs & potestate R. Pont. ea prædicarũt, eaq; scripserunt, quæ nullæ doctæ piæq; aures ferre poterant: ut quod ad huius tumultus initiũ attinet, Lutherus uideri possit pio studio zelóq; Christianæ religionis incitatus fuisse. Porrò qd' postea acerbis coepit scribere, qui non excusant, tamen sic eleuant ut dicant acerbissimis quorũdam irritationibus, & conuictijs, nõ omnino sine causa fuisse concitatum. Libris illius nõdum lectis clamabatur apud populũ, hæreticus, antichristus, schismaticus, antequã autoritas pontificia sese

se se huic negotio palā interposuisset. Nemo monebat hominem, nemo reuincebat, cum ipse offerret se, quem admodū & nūc se offert ad omnem disputationē, tantum damnabatur. Nam Prieratis & Augustini responsionē, nec hi probant qui bullam aduersus Lutherum impetrarunt.

Cum Ecciana disputatio cōmissa esset arbitrio scholæ Parrhisiensis, præuenit Coloniensis & Louaniensis, quibus nihil erat cōmissum. & damnauerunt tantū. Et cum communicato consilio id fecerint, tamen in articulis non consentiunt, ijsq; præcipuis.

Deinde personæ, per quas res hæc acta est, tales sūt, ut merito possint haberi suspecti (nam illorū negotiū agebatur) neq; uita illorū neq; doctrina talis est ut illorum iudiciū debeat habere graue pondus, præsertim in re tanta.

Modum igitur procedendi aduersus Lutherum merito improbāt optimi & doctissimi quiq; etiā si Lutherus scripsisset, planè hæretica. Neq; ideo quis fauet Luthero, si fontē modūq; rei improbarit, nihilo hercle magis, quā si quis admoneat parricidam, non esse afficiendū supplicio, nisi legitima uia conuictū & cōdemnatū.

Iam Bulla quæ aduersus Lutherum publicatur in dementius, etiam ijs displicet, qui tamē Ro. Pont. dignitati fauent, quod magis resipiat odium impotens quo

SALVRE CONSILIVM IN CAUSA

rundam monachorū, quā lenitatē eius qui gerit uices  
mitissimi Christi, aut ingenium, S. D. Leonis, quo nihil  
hactenus uisū est placidius aut facilius. Vnde magna  
est suspitio, esse, qui eius lenitate facilitatēq; natiua, ad  
suos priuatos affectus abutantur.

Atqui quo sanctior est omnibus Ro. pōt. autoritas,  
hoc diligentius ppendendū, ne quid ab eo pficiscatur,  
quod illo uideatur indignū tacitis bonorū uirorū iudi  
cijs, quæ nulli quātūuis magno principi sūt negligēda.

Ad hæc quo causa hæc latius patet, ac periculosior est  
hoc attentius erat deliberādū ne quid temere definiret.

Nullus ignorat uitam Christianam, rebus paulatim  
in deterius prolabantibus, multum degenerasse ab illa  
syncera Christi euangelica doctrina, adeo ut nemo nō  
fateatur, opus esse publica aliqua & insigni legū ac mo  
rū instauratiōe. Igit̄ ut nō est temere tentandū aliquid  
ita non est temere oblatrandū ijs qui bono studio mo  
nent. Alioqui etiamsi liberius facere quidam uideātur,  
atq; ut extra omnē controuersiam sit, profus à uero ab  
errasse Lutherum, tamē erat humanitatis Theologicæ,  
primum admonere hominē fraterne, atq; ita reuictum  
si nollet resipiscere, ita tractare, ut solemus membrū de  
ploratum, Hoc qui consulunt non fauent Luthero, sed  
ordini Theologico, pontificiæq; dignitati. Siquidē hac  
uia Lutherus penitus aboleri poterat, primū ex animis  
hominū

homin  
dis libri  
cis, sed i  
morum

Hab  
quod p  
ctos sun  
syncerif  
ita Luth  
genia de  
rum est  
xime de  
tjjs: neq

Neq  
de quo i  
riculo m

Vide  
commēc  
tim Ger  
quisq; e  
ab his re  
inensus

Nemo  
liorem, e

Novi

hominum, deinde etiam ex bibliothecis. Nunc exurendis libris, fortassis aliqua ex parte diuelletur è bibliothecis, sed interim illius opiniones infixæ sunt animis plurimorum, cum eas uideant non refelli.

Habent & laicorum felicia ingenia suum iudicium, quod potissimū à natura proficiscitur. Etiam apud doctos sunt tot eruditi uiri, & iisdem boni, quorū ut quisq; sincerissimus est, ac ueritatis euangelicæ tenacissimus, ita Lutheri libris minime est offensus. Huiusmodi ingenia doceri cupiunt, cogi nolunt, neq; debent. A sinorum est cogi, tyrannorum cogere: certe Theologos maxime decet docere cum omni mansuetudine, non conuictijs: neq; fauoribus & conspirationibus rem agere.

Neq; hic considerandum, quid dignum sit Luthero, de quo in præsentia nulli præiudico, sed in præsentis periculo magis expediat, tranquillitati Reip. christianæ.

Videmus Lutherum apud omnes uitæ integritate commèdari, & sic esse infixum animis hominū præsertim Germanorum, quantū & apud alias nationes, ut quisq; est integerrimi iudicij, hoc est, maxime semotus ab his rebus, quæ solent iudicia corrūpere, ita minimū offensus est Luthero.

Nemo non fatetur se se ex illius libris factum esse meliorem, etiam si quædam fortasse merito displiceant.

Novimus Germanorū animos, uidemus Bohemiã

A 3 tot

SALVRE CONSILIVM IN CAUSA

tot annis pertinacem, & ab horum factione non multū abhorrētes finitimas regiones. Audimus quotidie, graues multorū querimonias, negantiū diutius ferri posse Romanæ sedis iugum. Quod fortasse nō tam pontifici imputant, quā ijs qui pontificis autoritate, ad suam tyrannidem abutuntur.

Quod si res geratur odiose, ac uiolente, qui prudētia ualet, facile diuinabit, quis rerum tumultus possit hinc existere, cum frequenter ex leuioribus initijs, uideamus orta perniciosissima mundi dissidia.

Quin & mūdus uidetur ueteris ac nimīū ad sophisticas argutias prolapsæ Theologiæ pertesus, sitire fontes euāgelicæ doctrinæ, & huc uidetur irrupturus uis nisi fores aperiantur: adeo ut etiā si displiceat Lutherus tot⁹, tamen oporteat innouari Theologiam scholasticam.

Cū igitur res sit orta malo primū principio, & utrinque uideatur esse peccatū, primū ab his, qui suis impijs concionibus excitarūt Lutheri spiritum, ac mox odiosis & furiosis clamoribus, magis ac magis exacerbant, præsertim cum hic agere uideantur suum negotiū, cū in Lutherum non cadat similis suspitio sua tenuitate contentum, apparet expedire, ut tota hæc causa per aliquos componatur, qui procul absint ab omni suspitione.

Verum est ad Ro. pon. peculiariter pertinere cognitionem de rebus fidei, nec est illi ius suū adimendū. Ta-  
men

men p  
mitti u  
tegritat  
aut spe  
cā, uel q

Hos  
ges, & i  
cafar, R  
ctis Lu  
pronūc  
doctus  
repurga  
ta perea  
enim &  
human

Cur  
à notari  
tatis ac

Quo  
damna  
ueniend  
siperit

Nec  
spicioni  
ponder



men pro publico bono, patietur hoc negotiū alijs com-  
mitti uiris eximiae doctrinae, spectataeque pbitatis, & in-  
tegritatis, in quos nulla cadat suspicio, uel quod metu,  
aut spe uelint adulari Ro. pon. contra ueritatē euangeli-  
cā, uel quod aduersae factioni humano studio faueāt.

Hos arbitros exhibebūt ex sua quisque gente tres re-  
ges, & ipsi alienissimi ab omni suspicione, CAROLVS  
caesar, Rex Angliæ, & Rex Vngariæ. Hi diligenter perle-  
ctis Lutheri libris, & audito coram Luthero quicquid  
pronūciauerint, id ratum habebitur. Ac Lutherus iam  
doctus ingenue agnoscat errorē suū, & libros suos à se  
repurgatos curabit denuo edendos, ne ob pauca erra-  
ta pereat ingens fructus euangelici prouentus. Multis  
enim & iniquum & inutile uidetur, ob lapsus aliquot  
humanos, etiam ea damnari, quæ recta sunt.

Cum in libris Augustini adhuc extent ac legantur  
à notarijs excepta responsa hæreticorum, plena impie-  
tatis ac blasphemiae.

Quod si Lutherus tum quoque persistiterit in his, quæ  
damnata fuerint ab arbitris, erit ad extrema remedia  
ueniendum: ita nemo fauebit sic uicto Luthero: & si re-  
sipuerit, res absque tumultu Reip. christianæ cōponetur.

Nec hic minuetur autoritas R. pon. sed hominū su-  
spicioni consuletur, apud quos fortasse minus habebit  
ponderis ipsius pont. in hac causa iudicium: quod ob in-  
dulgentias

SALVRE CONSILIVM IN CAUSA

dulgentias, ac primatum sui negotio favere possit uideri: imò magis probabitur apud omnes illius pietas, quod ob ueritatem euangelicam & pacem orbis Christiani, de suo iure non nihil concesserit.

Quod si quibus hæc ratio minus placeat, proximū uidetur hanc causam ad proximū Concilium generale remittere. quod ob multas alias causas postulare uideatur status Reip. christianæ multis modis corruptus.

Nam intempestiuū uidetur rem tam arduam uelut obiter agere in hoc Principalium negotiorum tumultu præsertim cū undiq; res satis dubiæ sint, & apud Germanos & apud Hispanos, ut nō expediat addere nouorum tumultuū materiā. Præterea cōuenit, ut hæc noua Cæsaris inauguratio faustis ominibus pagat, ne huiusmodi rebus odi osis reddatur funesta & inauspicata.

Hoc consilium nolo cuiq; præiudicet, tantū animo simplici, quod mihi uidetur optimū factu, dixi. Præsertim cum ad id à summis principibus & prophanis & ecclesiasticis fuerim inuitatus. Opto ut uincat euangelica ueritas, & omnia cedant in gloriā Iesu Christi. ἀμήν.

Νικησάτω ἡ τῶ Χριστοῦ παιδεία  
καὶ ὅλην ἡμῶν.









503  
Georgs-B.









# CONSILIVM CV

IVSDAM EX ANIMO CVPIENTIS ESSE

consultum & R. Pontificis dignitati, &  
Christianaē religionis tranquillitati.



Christianaē mentis est, ex animo fauere Christi uicario, & huius autoritatē libetorem offensione Pontificis pontificiaē

naē religioni pontificis, p rationibus t norum uiro magis offic praesidijs, qu defensam e stianaē stud exortū per dam liberū um irritarū sis expedia



atim tā at Chri Christia loriaēq eam ihs m ac bo ni nemo nō alijs s, tutā ac s Chri umultū ad quæ i ingeni n fortal a. Qua; A lia

